85R As a result, the same holy Doctor in the same work, *Ia.33.1 ad 3*, responds in such a way to the difficulty that we are now discussing that he seems to deny our assertion. For he says that, although the name ‘principle’ is taken from priority, it nevertheless does not signify priority. For it often happens that what signifies in a name is one thing but that there is something else by which it is imposed in order to signify. Nor is St. Thomas opposing himself, since in *ST Ia.40.4*, he says in our way of understanding the person producing is prior to the person produced. For here he speaks about our imperfect and confused way of understanding. But in the other place he talks about perfect intelligence, which must [present] things as they are in themselves. 90R This is the way Cajetan and the Thomists understand the matter and in this case Durandus agrees with them in *I, dist. 9, q. 2, and dist. 20, q. 2*. And this view is probable enough and that way of speaking is 95R

95 bilis, modusque ille loquendi cautus est, et securus: iuxta  
 quam opinionem assertio nostra limitari poterit, ut Meta-  
 physice intelligatur, non Theologice, id est, de principio, 100R  
 quod lumen naturae cognoscit, non quod sola fides reve-  
 lat. Nihilominus Scotus in 1. p. dist. 12. q. 2. et dist. 28.  
 100 q. ultima, quem sequitur Gabriel in 1. p. dist. 9. q. 3. con-  
 cedit, sicut in divinis personis una est principium alterius,  
 ita esse priorem, non duratione, perfectione aut natura, sed 105R  
 origine tantum. Nam haec prioritas imperfectionem non in-  
 cludit, et in ipsa ratione principii producentis necessario in-  
 cluditur. Utrumque patet, quia solum importat in persona  
 105 producente, quod habeat esse absque tali origine, secundum  
 quam alia persona ab illa procedit: ut Pater habet esse ab-  
 110 sique generatione, Filius vero non nisi per generationem: et  
 uterque habet esse absque spiratione, sanctus vero Spiritus  
 non nisi per illam. Quod genus prioritatis inter correlativa  
 non potest in creatis rebus inveniri, quia unum relativum ut  
 115 tale est non procedit ab alio: in Divinis autem reperitur pro-  
 cessio unius correlativi ab alio, quatenus talia sunt. Et iuxta  
 hanc sententiam, assertio nostra universaliter verum habet:  
 nam si in Divinis personis vera invenitur, multo magis in  
 creatis. Non est autem mirum, quod sicut ratio principii  
 in illis personis singularis est, ita etiam modus prioritatis sit  
 120 peculiaris, et longe alterius rationis ab omnibus, qui in crea-  
 turis inveniuntur. Estque hic modus loquendi etiam proba-  
 bilis, et in re (ut opinor) non contradicit D. Thomas, quia  
 ipse nunquam expresse negavit hoc prioritatis genus in Di-  
 125 vinis personis, sed alia, quae in creaturis inveniuntur. Tacuit  
 tamen, nunquamque usus est illa locutione, sed ordinem  
 originis appellavit non prioritatem. Et sane non sine causa,  
 tum quia in rebus Divinis modus loquendi Patrum imitan-  
 130 dus est, apud quos illa locutio non reperitur: tum etiam,  
 quia prioritas originis non est absolutae prioritatis, prout  
 in Divinis personis reperitur: quia prioritas simpliciter et  
 sine addito asserta imperfectionem aliquam in re, quae pos-  
 terior dicitur, indicare videtur. Item, quia illud dicitur ab-  
 solute prius, quod potest aut esse, aut saltem exacte intelligi  
 sine alio: una vero persona divi- <377> na neutro modo 135R

cautious and safe. According to this opinion, our assertion can be limited so that it is understood metaphysically but not theologically, that is, as concerning the principles that are cognized by the light of nature but not those revealed only through faith.

Nevertheless, Scotus grants in I, dist. 12, q. 2, and dist. 28, last q., (Gabriel follows him in I, dist. 9, q. 3) that just as among the divine persons one is the principle of another, so also one is prior, not in duration, perfection, or in nature, but in origin alone. For this priority does not include imperfection, and is necessarily included in the very *ratio* of a producing principle. Each is clear, since it only requires that in the producing person that it have being apart from such an origin according to which the other person proceeds from it, as the Father has being apart from generation but the Son does not have it except through generation. And each has being apart from spiration, but the Holy Spirit does not except through spiration. This genus of priority between correlatives cannot be found in created things, since one relative as such does not proceed from another. But in the divine case there is found a procession of one correlative from another insofar as they are such. And according to this view, our assertion has truth universally. For if it is found to be true in the case of the divine person, much more is it true in the case of created things. Moreover, it is not surprising that just as the *ratio* of principle in those persons is unique, so also the mode of priority is peculiar and of a very different character than everything that can be found among creatures.

And this way of speaking is also probable and in reality (as I think) does not contradict St. Thomas, since he never explicitly denies this kind of priority among the divine persons, but denies other kinds that are found among creatures. Nevertheless, he leaves it unmentioned and never uses that locution, but he pronounces that order of origin is not priority. And reasonably and not without cause, both because in divine matters the Fathers' way of speaking should be imitated and that locution is not found among them, and also because the priority of origin is not absolute priority as it is found in the divine persons. For priority that is unqualified and without any asserted additions seems to imply some imperfection in the thing that is called posterior. Likewise, because that is said to be absolutely prior which either can exist or can at least be understood exactly without another. But a divine person is not related to another in either way.

ad aliam comparatur. Quod vero addunt aliqui, unam personam divinam esse priorem alia in ordine naturalis enumerationis, quomodo, primam, secundam, et tertiam personam numeramus: hoc (inquam) non est diversum a praecedenti, nam hic modus enumerandi non fundatur nisi in prioritatem originis, unde in re ipsa non indicat aliud prioritatis genus, declarat autem optime ille enumerandi modus hunc modum prioritatis originis, si congruis verbis, et sano sensu declaratur, non esse omnino alienum a modo loquendi Ecclesiae, et Doctorum. Unde cum illo addito acceptari potest, sufficiensque est ut in universum verum sit, omne principium esse aliquo modo prius eo, cuius est principium: quamvis hoc semper maneat singulare in Trinitate, quod cum ratio principii absolute, et simpliciter conveniat uni personae respectu alterius, ratio autem prioris solum cum addito, et limitatione tribuatur, nam illud absolute dictum nullam imperfectionem in altero extremo, hoc vero aliquam indicare videtur. Prioritas ergo originis dicto modo explicata, satis est ut vera ratio principii in divinis inveniatur: unde quod D. Thomas ait, nomen principii sumptum esse a prioritatem, non vero significare illam, si per prioritatem intelligat absolutam et positivam prioritatem, quae imperfectionem connotet in principiatio, verum est: si tamen sit sermo de pura antecessione quasi negativa, sub ea ratione sub qua principium dicitur, sic non solum nomen principii sumptum est a prioritatem, sed etiam illam significat, et requirit cum proportione debita, ut declaratum est, et constat ex definitione Aristotelis, et ex omnibus adductis.

*Descriptio principii in communi consummatur.*

Inter principium  
et principiatum  
connexio  
requisita.

11. Secundo infertur ex dictis, ad rationem principii non satis esse ut sit prius alio, sed necessarium esse ut inter illa sit aliqua connexio, vel consecutio unius ab alio, quod principium denominatur. Hoc patet ex communi modo concipiendi hominum, et inductione facile declaratur. Nam

<sup>12</sup>It is unclear to me how best to read the Latin in the last sentence.

Some people, however, add that one divine person is prior to another in the order of natural enumeration, in the way that we number them the first, second, and third person. This, I say, is not different from the previous claim, for there is no ground for this mode of enumerating if not in the priority of origin. Hence, in reality this does not indicate a different kind of priority. That mode of enumerating, however, best shows this mode of the priority of origin if with fitting words and sound sense it is shown not to be wholly alien to the way of speaking of the Church and the Doctors.

Hence, once that has been added, it can be accepted and it is sufficient so that it is universally true that every principle is in some way prior to something else of which it is the principle, although this always remains unique in the case of the Trinity, insofar as the *ratio* of principle absolutely and unqualifiedly agrees with one person with respect to another, but the *ratio* of prior is attributed only with an addition and limitation. For the former said absolutely implies no imperfection in either extreme, but the latter seems to indicate some imperfection. Therefore, once the priority of origin has been explained in the stated way, it is sufficient so that a true *ratio* of principle can be found in the divine case. Hence, the claim that St. Thomas makes—that the name ‘principle’ is taken from priority but does not signify it—is true if priority is understood to be absolute and positive priority, which connotes imperfection in the *principiatum*. Nevertheless, if the discussion is about a pure, negative, as it were, coming before (*antecessione*), under which *ratio* something is called a principle, then in that way the name ‘principle’ not only is taken from priority but also signifies it and requires due proportion to it, as was shown and is clear from Aristotle’s definition and from everything else that has been brought up.<sup>12</sup>

*The description of principles in general is completed.*

11. Second, it is inferred from what was said that for the *ratio* of principle it is not enough that something be prior to another. It is also necessary that there be some connection [between them] or the resulting of one from the other that is denominated the principle. This is clear from the common way of conceiving of human beings,

The required  
connection  
between  
principle and  
*principiatum*.

10 homo heri natus non est principium eius qui hodie nascitur, licet sit prior illo, et in divinis si Spiritus sanctus non procederet a Filio, Filius non posset dici principium eius, etiamsi cogitari aliquo modo posset ratione prior, eo scilicet modo quo actus intellectus <col. b> dicitur prior actu voluntatis. Est ergo necessaria aliqua connexio, vel consecutio: et ideo iuxta varios modos talis consecutionis, varia etiam est denominatio principii: interdum enim oritur ex situ: interdum ex successione intrinseca: aliquando ex dimanatione, et sic de aliis superius enumeratis. Atque hoc totum significavit Aristoteles dicto loco 5. *Metaphysicae* cum dixit, *Principium esse primum, unde aliquid est*, etc. nam illa dictio *unde*, praedictam connexionem vel consecutionem indicat. 20 Est autem hoc cum proportionem intelligendum, nam esse potest principium in actu et in potentia, et utroque modo requirit habitudinem ad alterum, quod ad illud consequitur, vel actu vel potentia.

Aristoteles.

25 12. Atque ita concluditur descriptio principii in communi et confusissime sumpti, quam sub his terminis D. Thomas tradit 1. p. q. 33. art. 1. *Principium est id a quo aliquid procedit quocumque modo*: ubi verbum illud *procedit*, non est sumendum stricte pro vera origine, sed pro quocumque consecutione, vel connexionem, ut hactenus locuti sumus: et ad hoc significandum addidit fortasse D. Thomas illam particulam *quocumque modo*. Atque hoc sensu sumpta est illa definitio ex praedicto loco Aristotelis, dicentis principium esse, *id unde aliquid est*. Consulto enim videtur abstinuisse a peculiari verbo significanti originem, vel alium modum emanationis, ut per illam particulam *unde*, omnem modum coniunctionis seu consecutionis complecteretur. Addit vero ad maiorem explicationem principium esse, *Id unde aliquid est, aut fit, aut cognoscitur*, ut simul cum descriptione generalem quamdam divisionem principiorum explicaret: ad illa enim tria membra modo commemorata possunt omnia principia revocari, praesertim ea quae sunt per se: nam quae sunt per accidens, vix possunt ad certam methodum

Principii generalis quaedam divisio.

10R and is easily shown by induction. For a human being born yesterday is not the principle of one born today even though it is prior to the it. And among the divine persons, if the Holy Spirit were not to proceed from the Son, the Son would not be called its principle, even if he could be thought in some way prior in reason, namely, in the way in which an act of intellect is said to be prior to an act of will. Therefore, some connection or resulting is necessary. For this reason, the denomination ‘principle’ is various after the varios modes of such resulting. For sometimes it arises from position, some from an intrinsic succession, sometimes from dimanation, and so on concerning the others enumerated above. And Aristotle indicated all this in the cited passage from *Metaphysics* V when he said that ‘a principle is first, from which something is ...’ For that phrase ‘from which’ implies the aforementioned connection or resulting. This must, however, be understood with proportion, for a principle can be in actuality or potentiality, and in either way it requires a disposition to another which results from it, either actually or potentially.

10R

15R

20R

25R

30R

35R

40R

12. And so the description of principle taken generally and most vaguely is concluded, which St. Thomas taught under these terms in *ST Ia.33.1* [co.]: ‘a principle is that from which something proceeds in any way whatsoever’. The word ‘proceeds’ there should not be taken strictly for true origin, but for any resulting or connection whatsoever, in the way we have been speaking so far. Perhaps in order to signify this, St. Thomas adds the little phrase ‘in any way whatsoever’. This is the way that definition from the cited passage<sup>13</sup> from Aristotle where he says that a principle is ‘that from which something is’ should be taken. For he seems deliberately to have avoided a peculiar word signifying origin or any other mode of emanation, so that every kind of conjunction or resulting is included through that phrase ‘from which’. For a more thorough explanation, he adds that a principle is ‘that from which something is, or comes to be, or is cognized’. He does this in order to explain a certain division of principles at the same time along with the general description. For all principles, especially those that are *per se*, can be brought under only these three aforementioned members. (Those that are *per accidens* cannot easily be brought under a reliable method except insofar as they are reduced

Aristotle.

St. Thomas.

A certain general division of principle.

<sup>13</sup>See the previous paragraph.

45 revocari, nisi quatenus reducuntur ad ea quae sunt per se. Sic igitur principia omnia aut sunt principia rei in fieri, aut  
 50 principia rei in esse: et ad haec duo membra reducuntur omnia  
 55 principia rerum, quia non potest intelligi in rebus aliis  
 status nisi in fieri, vel in esse: et non semper principium  
 effectationis, est principium constitutionis rei, ut patet in  
 60 privatione. Sub principio autem eius quod fit, comprehenditur  
 omne principium motus vel operationis ut sic, vel cuiuslibet  
 rei successivae: nam ista omnia <378> habent suum  
 esse in fieri: sub principio vero eius quod est, includuntur  
 omnia principia rerum, quae aliquo modo habent esse  
 (ut aiunt) in facto esse. Quia vero etiam res successivae, et  
 65 actiones ipsae aliquo modo sunt, ideo generalius sumendo  
 verbum *est*, dici solet a Theologis *Principium esse id, unde  
 aliquid est*. Atque eodem posset sub his verbis comprehendi  
 principium cognitionis, et revera comprehenditur, si cog-  
 70 nitio consideretur quatenus quaedam res est, quae fit, vel  
 est: merito tamen Aristoteles tertium membrum adiunxit  
 de principiis cognitionis, ut significaret non semper prin-  
 cipium cognitionis esse principium rei cognitae, sed saepe  
 alia esse principia rei in esse cognito, a principiis eiusdem  
 rei in esse aut fieri. Non addidit autem in speciali princip-  
 75 ium amandi, quia hoc nullum est nisi vel principium es-  
 sendi, vel cognoscendi. Atque ex his satis constat tum de-  
 scriptio, tum etiam divisio ab Aristotele tradita: divisio (in-  
 quam) dicta, quae est trimembris. Post illam vero subiungit  
 80 Aristoteles aliam bimembrem, dicens, *aliud esse principium  
 intrinsecum, aliud extrinsecum*, quae est subdivisio priorum  
 membrorum, ut ipsemet satis clare indicat. Atque ad illam  
 trimembrem divisionem revocat omnes acceptiones prin-  
 cipii quas supra numeraverat: et omnes alias quae excogitari  
 possunt. Non enim sollicitus fuit in enumerandis omnibus  
 75 significationibus ipsius vocis, quod prolixum esset et min-  
 ime necessarium, sed eas quae vel erant magis usitatae, vel  
 ex quibus aliae facile poterant cognosci. Et ideo supervaca-  
 neum censo scrupulose inquirere aliam sufficientiam illius  
 enumerationis. Quod si quis copiosam de illa re disputa-  
 80 tionem requirat, legat Fonseca lib. 5 *Metaphysicae* cap. 1.

Intrinsecum  
principium quod,  
quod vero  
extrinsecum.

to those that are *per se*.

45R So, then, all principles are either principles of a thing in coming  
 to be (*in fieri*) or principles of a thing in being (*in esse*). All princi-  
 50R ples of things can be brought under these two members, since no state  
 other than becoming or being can be understood of things. And a  
 principle of effecting is not always a principle of the constitution of  
 the thing, as is clear in the case of privation. Under the principle of  
 that which comes to be, however, is included every principle of mo-  
 55R tion or operation as such or any sort of successive thing. For every  
 such thing has its being in becoming. But under the principle of that  
 which is included every principle of things that in some way have  
 being in the being having been made (as they say). But because even  
 60R successive things and actions themselves in some way are, for that rea-  
 son the word ‘is’ must be taken more generally. It is customarily said  
 by the theologians that ‘a principle is that from which something is’.  
 And a principle of cognition can be included in the same way under  
 these terms. It really is included, if cognition is considered insofar  
 as it is a kind of thing that comes to be or is. Nevertheless, Aristotle  
 justifiably added a third member about the principles of cognition  
 to indicate that a principle of cognition is not always a principle of a  
 thing cognized, but often the principles of a thing cognized in being  
 are different from the principles of the same thing in being or in com-  
 65R ing to be. Moreover, he did not add a special principle of loving, since  
 this is nothing other than either a principle of being or of cognizing.  
 And from these things both the description and also the division—the  
 aforementioned division that has three members—taught by Aristotle  
 are sufficiently clear.

70R After that, Aristotle adds in another two-fold division, saying:  
 ‘one is an intrinsic principle, another is extrinsic’. This is a subdivi-  
 sion of the prior members, as he himself makes sufficiently clear.

75R And he brings every sense of principle that he enumerated earlier  
 and all the others that can be thought of under this three-fold divi-  
 sion. For he was not anxious to enumerate every signification of that  
 word—which would be prolix and hardly necessary—but only those  
 that either are of more use or from which something else can be read-  
 80R ily understood. For this reason I think it superfluous to search scrupu-  
 lously for another sufficiency of that enumeration. But if someone  
 needs a copious disputation concerning this matter, he may read Fon-

Which principles  
are intrinsic and  
which extrinsic.

per quaestiones septem, praesertim in quarta.

*Analogia principii declaratur.*

13. Tertio ex dictis infertur, Principium non dici mere  
 equivoce de omnibus membris quae sub illo continentur, su-  
 periusque numerata sunt, quandoquidem non tantum nom-  
 5 en, sed etiam aliqua ratio nominis est illis communis. Du-  
 bitari vero solet an sit univoca, vel analoga. Ad quod bre-  
 viter dicendum est non posse esse univocam. Tria enim  
 possunt in principio considerari, unum est res ipsa quae  
 denominatur principium: aliud propria relatio secundum  
 10 esse, quae principia ad principiatum concipitur: tertium  
 <col. b> est id quod intelligitur tamquam proxima ratio  
 fundandi illam relationem, quae est consecutio illa seu di-  
 manatio principiatum a principio. In nullo autem ex his con-  
 veniunt univoce ea omnia quae principia dicuntur. Primum  
 15 patet, quia principium denominatur non tantum ens increa-  
 tum, sed etiam creatum, nec solum ens reale, sed etiam rati-  
 onis: sed haec non conveniunt univoce in aliqua ratione  
 propria et intrinseca: ergo. Atque eadem ratio fieri potest de  
 20 secundo, nam etiam relatio principii communis est ad crea-  
 tum et increatam, quamvis hanc posteriorem Philosophia  
 non agnoscat. Item ad relationes reales et rationis. Et ex his  
 idem concludi potest de tertio: primo quidem, quia tanta  
 est varietas in illis rationibus seu connexionibus principi-  
 atorum cum principiiis, ut vix inter se conveniant nisi in  
 25 nomine et proportionalitate aliqua. Secundo, quia quando  
 id quod denominatur principium, est ens rationis tantum,  
 ratio fundandi relationem principii non potest esse realis:  
 in aliis vero rebus saepe est vera dimanatio et processio re-  
 alis. Rursus haec interdum est creata, interdum increata: est  
 30 ergo in his eadem ratio analogiae. Tandem, quia principia  
 quae solum ob successionem temporis aut ordinem situs, vel  
 aliam similem accidentalem connexionem sic denominan-  
 tur, longe distant a principiiis per se, et maxime ab illis, quae  
 per verum influxum et causalitatem talia sunt. Neque huic

seca, *Metaphysics*, V.1, the first seven questions, especially the fourth.

*The analogy of principles is shown.*

13. Third, it is inferred from what has been said that ‘principle’ is not  
 said merely equivocally of all the members that are contained under  
 it and that were listed above, since not only the name but also the *ra-*  
 5 *tio* of the name is common to them. It is usual to wonder whether  
 it is univocal or analogous. To which it ought to be replied briefly  
 that it cannot be univocal. For three things can be considered in a  
 principle. One is the thing itself that is denominated a principle. An-  
 other is the proper relation according to being (*relatio secundum esse*)  
 10 that the principle bears to the *principiatum*. The third is that which  
 is understood as the proximate grounding reason (*ratio fundandi*) for  
 that relation, which is that resulting or emanation of the *principia-*  
*tum* from the principle. But in none of these do all those things that  
 are called principles agree univocally.

The first case is clear, since not only uncreated being but also cre-  
 ated being is denominated principle, not only real being but also being  
 of reason. But these do not agree univocally in any proper and intrin-  
 sic *ratio*. Therefore. And the same argument can be made concerning  
 the second case. For the relation of a principle is also common to cre-  
 ated and uncreated being, even if philosophy does not recognize the  
 latter.<sup>14</sup> Likewise for real relations and relations of reason. And from  
 these the same thing can be concluded for the third case. First, indeed,  
 because the variety in those *rationes* or connections of the *principiata*  
 to their principles is so great that they agree with each other in hardly  
 15 anything other than in name and some proportionality. Second, be-  
 cause when that which is denominated a principle is merely a being of  
 reason, the grounding reason for the relation of the principle cannot  
 be real. But in other things there often is a true emanation and real  
 procession. In turn, this is sometimes created but sometimes unre-  
 20 created. Therefore, in these cases there is the same *ratio* of analogy. Fi-  
 nally, because the principles that are denominated principles only on  
 account of the succession of time or of the order of position or some  
 other similar accidental connection are very different from principles  
 25 *per se* and especially different from those that are such through a true

<sup>14</sup>See n. 10.

35 analogiae obstat unitas descriptionis datae: nam termini  
quibus illa constat, adeo sunt transcendentales, ut analogiam  
in se involvant. Neque etiam obstat quod fere semper ab-  
absolute et sine addito *principium* dicatur de quocumque sig-  
nificato supra posito: nam hoc accidere potest vel propter  
40 proportionalitatem claram et notam, vel quia ex subiecta  
materia constat in qua significatione sumatur vox: vel certe  
propter aliquam propriam et intrinsecam rationem prin-  
cipii, iuxta ea quae inferius dicemus de analogia entis.

Idem respectu  
diversorum et  
attributionis et  
proportionalitatis  
analogum.

14. Quaeret autem fortasse aliquis qualis sit haec analo-  
45 gia, et de quibus significatis *principium* primario dicatur.  
De qua re multa dicunt interpretes dicto lib. 5. *Metaphys-*  
*icae* cap. 1. Ego tamen breviter censeo hanc analogiam  
non esse unam sed multiplicem respectu diversorum sig-  
nificatorum: non enim <379> repugnat idem nomen pri-  
50 mario significans rem aliquam ad quasdam alias transferri  
per attributionem, ad alias vero per proportionalitatem. Ut  
sanum primario significans animal, per attributionem signi-  
ficat medicinam, per proportionalitatem vero pomum inte-  
grum et incorruptum. Sic igitur dicendum censeo de prin-  
55 cipii nomine respectu suorum significatorum. Est autem  
considerandum, aliud esse loqui de prima impositione huius  
vocis prout ab hominibus facta est, aliud de re significata per  
illam, ut in simili distinguit D. Thomas 1. p. q. 13. art. 6.  
60 Priori modo existimo hanc vocem impositam esse ad sig-  
nificandum principium motus, vel temporis, nam quia pri-  
ores Philosophi non cognoscebant nisi res corporales, in eis  
primum distinxerunt principium, medium, et finem: haec  
autem videntur primum cognita ex motu seu actione ali-  
65 qua: et ideo verisimile est nomen principii, primum fuisse  
impositum ad significandum principium motus vel actio-  
nis, vel partem illam magnitudinis a qua incipit motus. Et  
fortasse hoc significavit Aristoteles primo loco hanc accep-

Ordo  
impositionis  
vocis principium  
ad sua significata.

<sup>15</sup>*DM* 28.3.

62 distinxerunt ] distinxerant V.

35R influx and causality.

Nor does the unity of the description [of principle] given op-  
pose this analogy. For the terms with which it is constructed are tran-  
scendental precisely to the point that they involve analogy in them-  
selves. Nor is it any problem that ‘principle’ is almost always said  
40R absolutely and without any addition concerning any of the signifi-  
cates mentioned above. For this can happen on account of a clear and  
well-known proportionality, because in what signification the word is  
taken is clear from the subject matter, or, at any rate, on account of  
some proper and intrinsic *ratio* of principle. We will say more about  
45R these things below when discussing the analogy of being.<sup>15</sup>

14. Perhaps someone will ask what this analogy is and which of  
the significates of ‘principle’ is said primarily. Interpreters have said  
a great deal about this matter concerning the aforementioned *Meta-*  
*physics* V.1. Nevertheless, I, briefly, think that this analogy is not one  
50R but is multiple with respect to different significates. For it is not re-  
pugnant for the same name that primarily signifies some thing to be  
transferred to other things through [the analogy] of attribution and  
to yet other things through [the analogy] of proportionality. For ex-  
ample, ‘health’ primarily signifies an animal but through attribution  
55R signifies the medicine and through proportionality signifies a sound  
and uninjured fruit. This, then, is what I think should be said about  
the name ‘principle’ with respect to its significates.

It should be considered, however, that it is one thing to speak  
about the first imposition of this expression as it has been made by  
human beings and another thing to speak about the signified thing  
through it (as St. Thomas distinguishes in a similar case in *ST* Ia.13.6  
[co.]). In the former way, I think this imposed expression is for sig-  
nifying the principle of motion or of time. For since earlier philoso-  
60R phers were not aware of anything but corporeal things, they first dis-  
tinguished principle, means, and end by reference to corporeal things.  
65R These, moreover, seem to have been cognized first from some motion  
or action. And for this reason it is likely true that the name ‘princi-  
ple’ was first imposed for signifying the principle of notion or action  
or that part of magnitude from which motion begins. Perhaps Aris-

The same term  
with respect to  
different things is  
analogous by  
attribution and  
by  
proportionality.

The order of  
imposition of the  
expression  
‘principle’ to its  
significates.

tionem enumerans. Hinc vero derivata est haec vox per proportionem vel proportionalitatem ad alia significata.

Quid primario,  
secundario quid  
significet  
*principium*.

15. At vero quantum ad rem significatam principalius significat haec vox principia per se quam per accidens: et ea praesertim quae sunt principia per verum et realem influxum, quia in his est multo verior et proprior dimanatio unius ab alio et origo, quam nomen principii prae se fert. Haec autem ratio principii cum causalitate coniuncta est respectu creaturarum, et convenit tum Deo, tum etiam creaturis. Et hac ratione potest de Deo, et creaturis dici secundum analogiam attributionis: verbi gratia esse principium efficiens analogice dicitur de Deo et creaturis, non secundum proportionalitatem tantum, sed propter veram, et realem convenientiam, analogam tamen et includentem attributionem, ut inferius generaliter explicabimus in analogia entis ad Deum et creaturas. Et idem dici potest de principio finali, vel exemplari. Quomodo vero ratio principii communis sit principio efficienti, finali, et exemplari, pertinet ad divisionem de causa in haec et alia membra, de qua infra dicemus. In solo autem Deo ad intra (quod Philosophia non agnovit) reperitur vera ratio principii positivi ac per se cum vero influxu seu pro- <col. b> ductione absque causalitate, quae est altior et mirabilior ratio principii.

De Deo, ut Dei,  
et creaturarum  
principium est,  
qualiter dicatur  
*principium*.

16. Unde merito solet a Theologis inquiri an principium in communi, etiam dictum de ipso Deo, ut est principium creaturarum, vel ut una persona divina est principium alterius, sit univocum, vel analogum. Quidam putant esse analogum, et per prius dici de Deo secundum emanationes ad extra, quam ad intra, quia creatura procedit a Deo, non tantum secundum personam, sed etiam secundum naturam, et essentiam: et ideo maior ratio principii videtur esse in Deo respectu creaturarum, quam sit in Patre aeterno respectu Filii, cuius personam producit, non naturam. Et confirmatur, quia ratio principii respectu creaturarum est absoluta et essentialis: alia vero relativa et notionalis; ea vero quae sunt essentialia, ex propriis conceptibus videntur potentiora, et priora notionalibus. Confirmatur secundo, quia

70R totle indicated this in the first passage in which he listed this meaning. But through proportion or proportionality this expression has been extended from here to other significates.

75R 15. On the other hand, as far as the thing signified is concerned, this expression ‘principle’ more principally signifies *per se* principles than *per accidens* principles, and especially those that are principles through a true and real influx. For in those there is a much truer and more proper origin and emanation of one thing from another, which [is the aspect to which] the name ‘principle’ draws attention. Moreover, this *ratio* of principle is conjoined with causality with respect to creatures and agrees both with God and also with creatures. And with this *ratio* it can be said of God and of creatures according the analogy of attribution, not only according to proportionality, but on account of a true and real fittingness, yet analogous and including attribution, as we will explain more generally below [when discussing] the analogy of being to God and creatures. And the same thing can be said about the final and exemplary principle. But how the *ratio* of principle is common to the efficient, final, and exemplary principles pertains to the division of cause into these and other members, about which we will talk below. But only in God and towards himself is found the true *ratio* of a positive and *per se* principle (which philosophy does not recognize) with a true influx and production but apart from causality, which is a higher and more marvelous *ratio* of principle.

What ‘principle’  
signifies  
primarily and  
what secondarily.

95R 16. Hence, it is rightly customary for theologians to ask whether principle in general, having been said of God himself as principle is of creatures or as one divine person is the principle of another, is univocal or analogous. Some think it is analogous and is said of God according to the emanations to external things before [according to emanations] to internal things, since creatures proceed from God not only according to his person but also according to his nature and essence. For this reason, there seems to be a greater *ratio* of principle in God with respect to creatures than there is in the eternal Father with respect to the Son, whose person but not nature is produced. It is confirmed, since the *ratio* of principle with respect to creatures is absolute and essential, but the other one is relative and notional. But those that are essential seem better according to the proper concepts and prior to the notional ones. It is confirmed, second, because power *simpliciter*

How ‘principle’  
is said of God as  
he is the principle  
of God and of  
creatures.



105 potentia simpliciter in Deo prius dicitur de potentia pro-  
 ducendi ad extra, quam ad intra: unde Deus simpliciter est  
 omnipotens per potentiam operandi ad extra, non vero ad  
 110 intra, alias Spiritus sanctus non esset omnipotens eo quod  
 ad intra producere non possit. At vero eadem est ratio de  
 principio quae de potentia, cum principium sit ratione po-  
 tentiae. Atque ita sentit Durandus in 1. p. dist. 29. q. 1.  
 Durandus.

17. Aliis vero placet esse analogum, per prius dictum  
 de principio ad intra quam ad extra, tum quia relatio prin-  
 cipii ad creaturas est rationis: inter personas vero divinas est  
 115 realis, tum etiam quia principium est unde aliquid est: sed  
 creatura analogice est respectu divinae personae proceden-  
 tis, quia haec procedit in esse increato, illa in creato: ergo  
 illa processio est longe nobilior, etiam secundum analogiam:  
 ergo etiam ratio principii quae illi respondet, per prius dici-  
 120 tur secundum emanationem ad intra quam ad extra. Atque  
 huius sententiae videtur esse D. Thomas 1. p. q. 33. art. 1.  
 ad 4. et art. 3. Sed illis locis non agit de nomine principii,  
 sed de nomine *patris*, de quo est longe diversa ratio. Sed  
 sub nomine principii id expresse affirmat in 1. p. dist. 29.  
 125 q. 1. art. 2. ubi Capreolus, Albertus, Richardus, et alii idem  
 sentiunt.  
 D. Thomas.  
 Capreolus.  
 Richardus.  
 Albertus.

18. Tertia vero sententia esse potest hoc nomen *prin-*  
*cipium* esse univocum ad illas duas rationes: non enim re-  
 pugnat idem nomen quod est analogum respectu plurium,  
 130 <380> esse univocum respectu aliquorum, ut per se con-  
 stat, et infra tractando de communitate entis et accidentis  
 latius dicemus. Quod autem ita sit in praesenti quoad hanc  
 partem de qua agimus, probatur quia hic non intervenit  
 analogia proportionalitatis, nec attributionis. Prior pars  
 135 probatur, tum quia alias solum per translationem diceretur  
 Deus principium creaturarum, non per proprietatem,  
 tum etiam quia D. Thomas supra expresse fatetur dari unam  
 rationem communem originis processionis creaturarum a  
 Deo, vel unius personae divinae ab alia, quae est, *aliquid*  
 140 *ab aliquo esse*: et sic etiam dari unam communem rationem

in God is said more about the power for producing external things  
 than from the power for internal things. Hence, God is omnipotent  
 110R *simpliciter* through the power of operating on external things, but not  
 through the power of operating internally. Otherwise the Holy Spirit  
 would not be omnipotent as a result of not being able to produce in-  
 ternal things. But the reasoning is the same in the case of principle as  
 in the case of power, since [God] is a principle by reason of power.  
 115R (Durandus thinks this in I, dist. 29, q. 1.)

17. But to others it is pleasing [to say] that it is analogous [but] is  
 said of the principle to internal things before [being said of the prin-  
 ciple] to external things, both [i] because the relation of the principle  
 to creatures is of reason but between the divine persons is real and  
 120R also [ii] because a principle is that from where something is but crea-  
 ture is analogical with respect to the divine persons proceeding since  
 the latter proceeds to uncreated being but the former to created being.  
 Therefore, the former procession is far more noble, even according  
 to the analogy. Therefore, the *ratio* of principle that corresponds to  
 it is said more according to the emanation of to internal rather than  
 125R to external things. St. Thomas seems to be of this view in *ST* Ia.33.1  
 ad 4 and Ia.33.3. But in other places he does not deal with the name  
 ‘principle’ but with the name ‘father’, concerning which there is a  
 very different argument. But with respect to the name ‘principle’, he  
 expressly affirms it in I, dist. 29, q. 1, art. 2, where Capreolus, Albert,  
 Richard, and others think the same thing.

18. The third view can be that this name ‘principle’ is univocal  
 with respect to those two *rationes*. For it is not repugnant for the same  
 name that is analogous with respect to multiple things is univocal with  
 respect to some of them, as is obvious in itself and as we will talk  
 more about below when discussing the community of being and of  
 accidents. But that it is so with respect to the part we are discussing  
 now is proven on grounds that neither the analogy of proportionality  
 or of attribution intervenes here.

The former part is proven, both because otherwise God would  
 said to be the principle of creatures only through transference and  
 not through propriety and because St. Thomas expressly admitted to  
 giving one common *ratio* of the origin of procession of creatures from  
 God or of one divine person from another, namely, that ‘something  
 is from something’. And in that way is also given one common *ratio*

Durandus.

St. Thomas.

Capreolus.  
Richard.  
Albert.

principii: in analogia autem proportionalitatis non est una communis ratio. Secunda autem pars probatur, quia Deus ut dicitur primum principium personarum, non refertur ad se ut est principium personarum: ergo nulla potest ibi esse analogia attributionis. Item, quia alias Spiritus sanctus diceretur principium creaturarum per attributionem ad Patrem, vel ad Filium, quod videtur satis absurdum. Item quia hic cessat ratio analogiae attributionis, quae esse solet inter Deum et creaturas, nimirum quod omne esse seu omnis perfectio creaturae primario est in Deo, et ab illo pendet: hic autem una ratio principii non causatur ab alia, neque ab illa pendet: immo nec emanatio creaturarum per se pendet ex emanationibus divinarum personarum: quia multitudo personarum non erat per se necessaria ad productionem ad extra: cessat ergo in praesenti omnis ratio analogiae attributionis.

19. In hac re distinguenda videntur illa tria, quae supra in omni principio distinximus, scilicet relatio principii, proxima ratio talis relationis, et id quod principium nominatur. Quoad primum non est dubium quin hic sit analogia, quia relatio principii Dei ad creaturas est rationis: personae autem divinae producentis ad productam est realis. Et hunc sensum declaravit expresse Scotus dist. 29. q. 1. Immo haec analogia, vel non est attributionis, sed proportionis tantum: vel saltem si est attributionis, non est secundum communem conceptum: quia hic nullus est ad ens rationis, et reale.

20. Quoad secundum etiam existimo probabilius rationem principii actualis dici analogice, et principalius de Deo secundum processiones ad intra, quam ad extra, propter rationes adductas. Est autem haec analogia attributionis, et non solum proportionis, si- <col. b> cut est analogia entis, et aliorum attributorum quae de Deo et creaturis proprie dicuntur. Nam haec analogia principii fundatur in analogia quae est inter creationem et processiones

